

Primum

Questiones de quodlibet sancti
Thome de Aquino ordinis fratrum
predicatorum incipiunt feliciter

Articulus primus

Questum est de deo ange-
lo et homine. De deo quoniam
est et quantum ad diuinam
naturam et quantum ad
naturam humanam assum-
pta. Quantum ad diuinam naturam
quoniam est. Ut beatus benedictus in vi-
sione qua vidit totum mundum diuinam
essentiam viderit. Et ostendebat quod
sic. Dicit enim Gregorius de hac visione
loquens. Anime videnti deus angu-
sta fit omnis creatura. Sed videre
deum est videre diuinam essentiam. er-
go beatus benedictus vidit diuinam
essentiam. Preterea ibidem subdit
Gregorius quod totum mundum vidit in di-
uino lumine. Sed non est aliud lumen
vel claritas dei quam ipse deus. ut idem
gregorius dicit. et habetur in glo. exo. 33.
super illud. Non videbit me homo
et viuere. ergo beatus benedictus vidit
deum per essentiam. Sed contra est quod dicitur
Ioh. 1. Nemo deum vidit vnquam.
vbi dicitur quod nullus in mortali carne
vivens dei essentiam videre potest. Ad
dicendum quod corpus corruptibile aggra-
uat animam ut dicitur sap. ix. Summa
autem eleuatio mentis humane est ut
ad diuinam essentiam videndam pertingat
vnde impossibile est ut mens humana
dei essentiam videat. ut Augustinus dicit. xij.
super gen. ad litteram. Nisi huic vite
mortali funditus homo intereat vel
sic alienetur a sensibus ut nesciat vtrum
sit in corpore an extra corpus. sicut
de paulo legitur. ij. ad cor. xi. Beatus
autem benedictus quando illam vi-
sionem vidit nec huic vite funditus
mortuus erat nec a corporeis sensibus
alienatus. quod patet per hoc quod
dum adhuc in eadem visione per-
-

steret. alium ad idem videndum ad-
uocauit. ut Gregorius refert. vnde ma-
nifestum est quod dei essentiam non vi-
dit. Ad primum ergo dicendum quod
Gregorius ex quadam proportionem ar-
gumentari intendit in verbis illis. si
enim videntes dei essentiam in eius
comparatione totam creaturam re-
putant paruum quid ad videndum
non est mirum si beatus benedictus
per lumen diuinum aliud amplius
videre potuit quam homines communiter
videant. Ad secundum dicendum
quod lumen dei quandoque dicitur ipse
deus. quandoque vero aliud lumen de-
riuatum ab ipso. secundum illud psalmus. In lu-
mine tuo videbimus lumen. hic autem
accipitur per lumen deriuato a deo.

Deinde querebantur duo cir-
ca humanam naturam in
christo. Primo vtrum fue-
rit in christo vna filiatio qua referretur
ad patrem et ad matrem. an due.
Secundo de morte eius vtrum in cruce
mortuus fuerit.

Articulus secundus.

Primo sic procedebatur
videtur quod in christo sunt due
filiationes. Multiplicata enim
causa relationum multiplicantur re-
lationes. Generatio autem est causa
filiationis. Cum ergo alia sit genera-
tio qua christus natus est eternaliter
a patre. alia qua natus temporaliter
a matre. erit etiam alia filiatio qua
refertur ad patrem. et alia qua refer-
tur ad matrem. Preterea quod re-
cipit ex tempore aliud absolutum absque
sui mutatione. multo magis absque
sui mutatione potest recipere tempo-
raliter aliquam proprietatem relati-
uam. Sed filius dei ex tempore reci-
pit aliquid absolutum absque sui muta-
tione. quia super illud Luce. i. Magnus
erit filius altissimi vocabitur. dicit
b i

Quodlibet

Ambro. Non ideo erit magnus q̄ te partum virginis magnus non fuerit sed quia potentiā quā dei fili⁹ naturaliter habz hō erat ex tpe acceptur⁹. ergo multo magis ex tpe potuit accipere filius dei absqz sui mutatione nouā filiationez. vt sic ei cōueniant due filiationes. vna eterna et alia t̄p̄alis. **Sz** p̄tra. a q̄ aliquid habet q̄ sit tale. ab eius v̄nitate hz q̄ sit v̄nū tale. **Sz** a filiatōe aliquis hz q̄ sit filius. ergo vna filiatōe ē vn⁹ fili⁹. **Sz** x̄ps est vnus filius et nō duo ergo in x̄po non sunt due filiatōes sed vna t̄m̄. **R̄n̄f.** dicendū q̄ relationes differūt in hoc ab oib⁹ alijs rerū generib⁹. quia ea que sunt aliorū generuz ex ipsa rōne sui generis h̄nt q̄ sint res nature sicut quātitates ex rōne quātitatis. et quāitates ex ratione quātitatis. **Sed** relationes non h̄nt q̄ sint res nature ex rōne respect⁹ ad alterū. **Inueniūtur** ei q̄dā respect⁹ qui non sunt reales sed rōnales t̄m̄. sicut scibile refertur ad scientiaz non aliq̄ reali relatione in scibili existente. sed potius quia scia refertur ad ip̄m. s̄m̄ p̄m̄ in. v. metha. **Sz** relatio hz q̄ sit res nature ex sua cā p̄ quaz vna res naturalē ordinē habet ad alteraz q̄ quidem ordo naturalis et realis est ipsa relatio. v̄n̄ dexterū et sinistrū in animalī sunt relationes reales. quia consequūtur quasdam naturales virtutes. **In colūna autē** sunt respectus rationis t̄m̄ s̄m̄ ordinem animalis ad ipsam. ex eodem autē habz aliqd q̄ sit ens. et q̄ sit vnus. et ideo p̄tingit q̄ est vna relatio realis t̄m̄ p̄pter v̄nitatem cause. sicut patz de qualitate. propter vn̄am enim qualitatem est in vno corpore vna equalitas t̄m̄. q̄ vis sunt respect⁹ plures. s̄m̄ quos diuersis corporibus dicitur esse eāle. **Si** autēz s̄m̄ omnes illos respectus

multiplicarentur realiter relationes in vno corpore sequerentur q̄ i vno essent accidentia infinita vel indeterminata. et similiter magister est vna relatione magister omnū quos idē docz q̄m̄is sunt multi respectus. sic etiā vnus homo s̄m̄ vn̄am realem filiationem est fili⁹ patris sui et m̄ris sue. quia vna natiuitate vn̄am naturam ab vtroqz accepit. **Sequendo** ergo hanc rationem videtur dicēdū q̄ alia sit relatio realis in christo q̄ refertur ad patrem. et alia qua refertur ad matrem. quia alia generatiōe nascitur ab vtroqz. et alia ē natura quā habz a patre. et alia quaz habz a matre. sed alia ratio informat pactum. **Hoc** enim est vniuersaliter tenendū q̄ nulla relatio dei ad creaturam realiter in deo existit. sed est respect⁹ rationis tantum. quia de⁹ est supra omnem ordinē creature. et mensura omn̄is creature a qua dependet omnis creatura. et non eōuerso. multo magis q̄ hoc conueniant scibili respectu scientie in quo propter has causas non est relatio realis ad scientiā. **Est** autem considerandum q̄ subiectum filiationis non est natura vel nature pars aliqua. **Non** enim dicimus q̄ humanitas sit filia vel caput aut oculus. **In** christo autem nō ponimus nisi vn̄um suppositum et vn̄am ipostasim. sicut vn̄am personam. q̄ est suppositum eternum in quo nulla relatio realis ad creaturam esse potest. vt iam dictum est. **Unde** relinquitur q̄ filiatō qua christus refertur ad matrem est respect⁹ rationis tantum. nec propter hoc sequitur q̄ non sit realiter filius virginis. sicut enim deus realiter est dominus propter realem potentiaz qua continet creaturam. sic realiter est filius virginis propter realem naturam quam

Primum

accepit a matre. Si autem essent in christo plura supposita oportet ponere in christo duas filiationes. sed hoc reputo erroneum et in concilijs inuenitur damnatum. unde dico quod in christo est vna relatio realis in qua refertur ad patrem. Ad primum ergo dicendum quod non negamus non esse in christo realem filiationem qua refertur ad matrem. quia causa relationis deficiat. sed quia deficiat subiectum talis relationis. cum non sit in christo aliquod suppositum creatum vel ipostasis. Ad secundum dicendum quod eo modo quo ille homo accepit ex tempore dei potentiam. eo modo accepit filiationem eternam in quantum scilicet factum est ut vna esset persona dei et hominis ut Ambrosius ibidem subdit. Hoc autem non est factum per aliud realiter absolutum. vel relatiuum temporaliter inherens filio dei. sed per solam vnitatem que realiter existit in natura creata. non autem est realiter in ipsa persona assumente. Quod vero in contrarium obijcitur necessitatem non habet. Si dicitur enim aliquando vnus qualis propter vnitatem substantialem subiecti. licet sint multe qualitates ut color et sapor in pomo.

Articulus tertius.

Ad secundum sic procedebatur videtur quod christus in cruce mortuus non fuerit. Si enim fuit mortuus aut hoc fuit quia ipse animam a corpore separauit. aut propter vulnera. Sed non primo modo. Sic enim sequeretur quod iudei christum non occidissent. sed quod ipse suipsum fuisset homicida. quod est inconueniens. Et similiter nec secundo modo quia mors que accidit propter vulnera prouenit homine ad summam debilitatem proueniente. quod in christo

non fuit. quia clamans expirauit. ergo christus in cruce nullo modo mortuus fuit. Preterea natura humana non fuit in christo debilior quam in alijs hominibus. Sed nullus alius homo tam cito moreretur propter vulnera manuum et pedum. Culnus autem lateris fuit ei inflatum post mortem christi. ergo in cruce mortuus non fuit. cum nulla causa mortis eius esse videatur. Sed contra est quod dicitur Job. xix. quod christus in cruce pendens inclinato capite tradidit spiritum. mors autem est per separationem anime a corpore. ergo christus in cruce mortuus fuit. Respondendum quod absque omni dubio confitendum est christum in cruce vere mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mortis eius considerandum est quod cum christus fuit verus deus et homo. eius potestate suberat quicquid pertinet ad humanam naturam in christo quod in alijs hominibus puris non contingit. voluntati enim eorum non subiacent que naturalia sunt. Unde hec causa assignatur quare anima christi simul patiebatur et fruebatur. quia scilicet eo volente hoc factum est ut non fieret redundantia a superioribus viribus in inferiores nec impedirentur superiores virtutes a suo actu propter passionem inferiorum quod in alijs hominibus contingere non potest propter naturalem conjunctionem potentiarum ad inuicem. Et similiter in proposito est dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc quod nocimento illato natura cecidit et quod diu natura resistere potest tam diu mors retardatur. Unde in quibus natura est fortior ex equali causa tardius moriuntur. Erat autem subiectum voluntati christi quod in natura resisteret nocimento illato. et

Quodlibet

quando cederet. Unde eo volente natura resistit nociuo illato vsq; ad finem plus q̄ in alijs hominib; possit ita q̄ in fine possit multā sanguinis effusionem quasi integer virib; clamavit voce magna. et statim eo volente natura cessit et tradidit spūz. vt se dominū nature et vite et mortis ostenderet. vñ hoc admirans centurio dixit **Clere hic homo fili; dei erat. Sic et iudei chrisū occiderūt. nocumētū mortiferū inferentes. et tñ ipse animā suā posuit et tradidit spiritum. quia quādo voluit natura nocumēto illato totaliter cessit. Nec tñ culpandus est quasi sui homicida. est enīz corp; propter animā et non econuerso. vñ iniuria fit anime cū ppter nocumētū corpori illatū de corpore expellitur ptra naturalē appetitum anime. licz forte non ppter deprauatam voluntatē se interficientis. sed si anima in sui potestate haberet recedē a corpore quādo vellet et iterū aduenire. non maioris esset culpe si corp; deserret q̄ q̄ habitator deserit domū. culpe tamen est q̄ inde expellatur iniurius. et p hoc pz responsio ad obiecta**

Quando querebantur duo de angelo. Primo vtrū angelus dependeat a loco corporali fm suam essentiaz. an sit in loco fm operationem tñ. Secūdo d motu angeli vtrum possit moueri de extremo i extremū si medio. **Ar. iij.**

Hic primū sic pceditur. Videt q̄ angel; non sit in loco fm operationē tñ. prius est enīz esse q̄ opari. ergo prius est esse in loco q̄ operari in loco. Sed posterius non est causa prioris. ergo operari i loco non est causa quare angel; sit i loco. **P**reterea duo angeli possūt operari in vno loco. Si ergo esset in

loco solum per operationem sequeretur q̄ plures angeli essent simul in vno loco. quod reputatur impossibile. **S**ed contra. Nobilior nō dependet ab ignobiliore. Sed essentia angeli est nobilior q̄ locus corporeus. ergo non dependet a loco corporeo. **R**ns. dicendum q̄ qualiter angelus sit in loco corporeo considerari potest ex modo quo corpus est in loco. **E**st enim corpus in loco p contactum loci. contactus autem corporis est per quantitatez dimensionā que in angelo non inuenitur cum sit incorporeus. sed loco eius est in eo quātitas virtualis. Sicut ergo corpus est in loco per contactūz dimēsiue quātitatis. ita angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit virtutis cōtractum operationez vocare propter hoc q̄ operari est proprius effect; virtutis. dicitur q̄ angelus est in loco per operationem. ita tamen q̄ per operationez non intelligatur sola motio. s; quecunq; vnitio qua sua virtute se corpori vnit presidendo vel continēdo vel quocunq; alio modo. **A**d primū ergo dicendum q̄ nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter quod non est prius quantum ad hoc sicut corpus subiectum est simplicitē prius superficie. sed non quantum ad hoc quod est colorari. et similiter prius est corpus q̄ tactus. tamen est in loco per tactūz dimensionē quātitatis. et similiter angelus per cōtactūz virtutis. **A**d secundū dicendum. q̄ si aliquid mouetur pfecte ab vno motore. non puenit q̄ ab alio simul imediate moueatur. vnde ratio magis valet ad oppositum eius q̄ ad ad propositum

Articulus .v.

Primum

Ad secundum sic procedebatur. Vide-
tur quod angelus non possit mo-
ueri de extremo ad extremum
quod pertranseat medium. Omne enim quod
mouetur prius est in mutari quam in muta-
tum esse. ut probatur in vi. phisic.
Sed si angelus mouetur de extremo
in extremum. puta de a. in b. cum est in
b. est in mutatum esse. ergo prius erat
in mutari esse. Sed non quando erat
in a. quia tunc nondum mouebatur
ergo quando erat in c. quod est medium
inter a et b. et sic oportet quod pertranseat
medium. Preterea si angelus moue-
tur de a in b. sine hoc quod pertranseat
medium. oportet quod corrumpatur in
a. et terminetur in b. Sed hoc est impos-
sibile. quia sic non esset idem angelus. er-
go oportet quod pertranseat medium.
Sed contra. Omne quod pertransit me-
dium oportet quod prius pertranseat eque
sibi aut minus quam maius. ut dicitur in
sexto phisic. et ad sensum apparet. Sed
non potest esse minus spatium quam ange-
lus qui est indivisibilis. ergo oportet
quod pertranseat equale. quod est locus
indivisibilis et punctalis. Infinita autem
puncta sunt inter quoslibet duos ter-
minos motus. Si ergo necesse esset
quod angelus in suo motu pertransiret
medium oportet quod pertransiret infinita
quod est impossibile. **R**espondeo dicendum
quod angelus si vult potest moueri de vno
extremo ad aliud absque hoc quod pertran-
seat medium. et si vult potest pertransi-
re omnia media. Cuius ratio est quia
corpus est in loco sicut contentum ab
eo. Et ideo oportet quod in mouendo
sequatur loci additionem. ut scilicet pertran-
seat media priusquam ad extrema loci
perueniat. sed cum angelus sit in loco
per contactum virtutis non subditur lo-
co ut contentus ab eo. sed magis conti-
net locum sua virtute superueniens in lo-

co. unde non habet necesse ut sequatur in
suo motu additiones loci. sed volunta-
ti sue subest quod applicet se per contractum
virtutis huic loco et illi. et si vult absque
quod medio sicut etiam intellectus potest
applicari intelligendo vni extremo
puta albo et postea nigro indifferen-
ter. vel cogitando vel non cogitando
de medijs coloribus. quibus corpus sub-
iectum colori non possit moueri de
albo in nigrum nisi per media. **A**d primum
ergo dicendum. quod verbum phisic.
et eius probatio locorum habet in motu
continuo. sed motus angeli non oportet
quod sit continuus. sed ipsa successio appli-
cationum predictarum motus eius dicitur
sicut et successio cogitationum vel affe-
ctionum dicitur motus spiritualis creatu-
re. secundum Augustinum. viij. super gen. ad litteras.

Ad secundum dicendum. quod hoc non ac-
cidit per corruptionem angeli aut no-
uam creationem. sed quia eius virtus
supereminet loco. **A**d illud vero quod
in contrarium obijcitur dicendum quod
angelus non est in loco per mensura-
tionem. sed per applicationem sue vir-
tutis ad locum que quidem potest esse
indifferenter et ad locum diuisibiles
et indivisibilem. Unde potest continue
moueri sicut aliquid in loco diuisibi-
bili existens continue intercipientem spa-
tium secundum vero quod in loco indivisibili
est non potest eius motus esse continuus
nec pertransire omnia media.

Deinde querebatur de hodie.
Et primo quantum ad bonum
nature. Secundo quantum ad bo-
num gratie. Tertio quantum ad bonum
glorie. **C**irca primum querebantur
tria. Primo de unione anime ad cor-
pus. vix scilicet anima adueniente corpo-
ri corrumpantur omnes forme que prius
inherent et substantiales et acciden-
tales. **S**ecundo de potestate liberi ar-

Quodlibet

bitrij. vtrum scz homo absq; gratia possit se ad gratia pparare. **Tertio** de dilectioe naturali. vtru scz homo in statu innocentie di lexit deū pl^o q̄ omnia z supra seipsum.

Articulus .vi.

Primū sic procedebatur videtur q̄ per aduētum anime non excludantur omnes forme que prius inerant. **Videtur** eī gen. i. Formauit deus hominem de limo terre z inspirauit in facies eius spiraculū vite. **Frustra** aut formassz corp^o si inspirando animam forma quā formando indiderat excluderet. **Non** ergo adueniente anima tolluntur omnes forme precedentes. **Pre**terea necesse est q̄ anima sit ī corpore formator disposito multis dispositionib^o. **Si** ergo adueniens anima omnes precedentes formas z dispositiones amouit. sequitur q̄ in instāti anima totum corpus formet. qd̄ videtur esse solius dei. **Pre**terea anima non est nisi in corpore mixto. **Sed** mixtio elementorum non fit solum fm materiam. sed etiam fm formas. alioquin esset corruptio. ergo anima non excludit omnes formas in materia inuentas. **Pre**terea anima est perfectio. perfectionis autem non est corrumpere sed pficere. **Nō** ergo adueniens corpori corrumpit formas preexistentes. **Sed** contra. **Omnis** forma adueniens existenti ī actu est forma accidentalis. **Forma** enim substantialis facit esse actu simpliciter. sed si anima adueniens non destrueret preexistentes formas sed eis supadderetur. sequeretur q̄ adueniret existenti in actu. quia quilibet forma cum sit actus facit esse in actu. ergo anima adueniens excludit formas preexistentes. **Rñf.** dicen

dum q̄ impossibile est in vno z eodē esse plures formas substantiales. et hoc ideo quia ab eodez habet res eē z vnitatē. **Manifestum** est autem q̄ res habet esse per formam. vnde z p̄ formam res hz vnitatem. z propter hoc vbiq; est multitudo formarum non est vnum simpliciter. sicut homo albus non est vnum simpliciter. nec animal bipes est vnuz simpliciter si ab alio essz animal z ab alio bipes. vt phus dicit. **Sed** sciendum est q̄ forme substantiales se habent ad inuicem sicut numeri. vt dicitur in. viij. **Metu.** vel etiam sicut figure. vt de partibus anime dicit phus in ij. de anima. **Semper** enim maior numerus vel figura virtute continet in se minorem. sicut quinarium quaternarium z pentagonus tetragonum. **Et** similiter perfectior forma virtute continet in se imperfectiores. vt maxime in animalibus patz. **Animā** enim intellectiua habz virtutem vt conferat corpori humano quicquid confert sensitiua in brutis z similiter sensitiua facit in animalibus quicquid nutritiua in plantis z adhuc amplius. **Frustra** ergo essz ī homine alia anima sensitiua preter intellectiua. ex quo anima intellectiua virtute continet sensitiua z adhuc amplius. sicut frustra adderetur quaternarius posito quinario. **Et** eadem ratio est de omnibus formis substantialibus vsq; ad materiam primam. ita q̄ nō est in homine diuersas formas substantiales inuenire. sed solū secūdu rationem. sicut consideramus eum vt viventem per animam nutritiua. z vt sentientem per animam sensitiua z sic de alijs. **Manifestum** est autem q̄ semper adueniente forma perfecta tollitur forma imperfecta. sicut etiā

Primum

adueniente figura pentagoni tollitur
figura quadrati. unde dico q̄ adue-
niēte anima humana tollitur forma
substantialis que prius inerat. alio-
quin generatio esset sine corruptione
alteri. quod est impossibile. Forme
vero accidentales que prius inerant
disponentes ad animam corrupū-
tur quidem non per se. sed per acci-
dens ad corruptionem subiecti. unde
de manent eedez specie sed non eedē
numero. sicut etiam contingit circa
dispositiones formarum elementari-
um que primitus materie aduenire
apparent. **Ad primum ergo dicen-**
dum. q̄ secundum Basilium spiracu-
lum vite dicitur ibi gratia sancti spi-
ritus. et sic obiectio cessat. **Si autem**
ut Augusti. dicit spiraculum vite sit
ipsa anima. non oportebit dicere q̄
alia forma formatum sit corpus ho-
minis de limo terre q̄ ipso spiracu-
lo vite diuinitus inspirato. non enim
illa formatio tempore precessit ipse
rationem nisi forte velimus dicere
illam formationem referri ad dispo-
sitiones accidentales puta figuram
et alia huiusmodi. que quodam rati-
onis ordine preintelliguntur in cor-
pore ante animam intellectiuam. sicut
materiales dispositiones. quibus
tamen preintelligitur ipsa anima in-
tellectiua. sed in quantum est intel-
lectiua. sed in quantum continet in se
virtutem aliquam de imperfectiori-
bus formis. **Ad secundum dicēduz**
q̄ anima cum aduenit corpori non
facit esse corpus effectiue. sed forma-
liter tñ. Effectiue autem facit corp⁹
esse illud quod dat corpori formas
vt perficiens. vt disponens autem il-
lud quod preoperatur ad formam
paulatim autem et ordine quodam
inducendo materiam ad propinqui-
orē formam aut dispositionem. quā

to enim propinquior fuerit forma
aut dispositio. tanto minor est resistē-
tia ad introductionem forme et dis-
positionis complete. Facilius enim
fit ignis ex aere q̄ ex aqua. quāuis
vtraq̄ forma immediate asit materie
Ad tertium dicēduz q̄ **Avicēna**
posuit formas elementorum actu re-
manere in mixto. quod non potest es-
se. quia forme elementorum non pos-
sunt esse in vna parte materie simul.
et sic oportet q̄ sint in diuersis materie
partibus que distinguuntur secundum di-
mensiue quantitatis diuisiones. et sic
oportebit q̄ vel plura corpora sint
simul. vel q̄ non sit mixtio vna toti⁹
ad totum. sed mixtio ad sensum secundum
minima iuxta se posita. **Auerrois** au-
tem in. iij. li. de celo dicit. q̄ forme ele-
mentorū sunt medie inter formas
accidentales et substantiales. et q̄ re-
cipiunt magis et minus. et sic formis
elementorum remissis et quodammo-
do ad mediū redactis quodammodo
fit mixtio. **Sed hoc est minus possi-**
bile q̄ primum. nam forma substan-
tialis est terminus quidem esse speci-
fici. unde in indiuisibili est ratio for-
me. sicut ratio numeri et figure. nec ē
possibile vt intendatur vel remittatur.
Sed omnis additio vel subtra-
ctio facit aliam speciem. **Et ideo**
aliter dicendum secundum philosophum in. i. de ge-
neratione. q̄ forme miscibilem non
manent in mixto actu. sed virtute potest
ut scilicet virtus forme substantialis ma-
net in qualitate elementari licet remis-
sa et quasi ad mediū redacta. qualitas
enim elementaris agit in virtute for-
me substantialis. alioquin actio que
est per calorem ignis non terminaretur
ad formam substantialem. **Ad quā-**
tum dicēduz q̄ anima cum sit forma
est quidem perfectio quedam parti-
cularis. non autē vniuersalis. et ideo
b iij

Quodlibet

ea adueniente sic aliquid pficitur vt
tamen aliquid corrumpatur

Articulus septimus

H scdm sic pcedebatur. **U**l
datur q homo absq gratia
per solā naturalez arbitrij li
bertatez possit se ad gratiā prepara
re. quia vt dicitur **Prover. xvi.** Do
minis est preparare animū. hoc autē
dicitur eē alicuius quod est in ei^o po
testate constitutus. ergo in potestate
hominis cōstitutū est q possit se ad
gratiā preparare. Non ergo indiget
ad hoc auxilio gratie. **P**reterea **An**
selm. dicit in libro de casu diaboli. q
non ideo aliqs caret gratia quia de
us non vult dare. sed quia ipse non
vult accipere. **S**i ergo vellet accipe
posset accipere. **P**ōt ergo si vult se ad
gratiam preparare absq exteriori
auxilio. sed dicebat q homo indiget
in hoc auxilio gratie qntum ad exte
rius mouēs. **S**ed contra. Homo
pōt moueri ad conuersionez non so
lum ex bonis. sed etiā ex. pccis. sicut
si aliquis videat aliquēz enormiter
peccantē z ex horrore peccati ad de
um conuertitur. sed pccm non est a
deo. ergo absq dei opatione pōt se
homo ad gratiaz preparare. **S**ed
contra. per hoc ad gratiaz prepara
mur q ad deuz conuertimur. sed ad
hoc indigem^{us} auxilio diuine gratie
Vicitur em̄ **treñ. iij.** Conuerte nos
domine ad te et conuertemur. ergo
homo idiget auxilio gratie dīne ad
hoc q se ad grām ppet. **P**reterea ad
nihilū nō pōt homo se preparare ni
si cogitando. **S**ed ad hoc ipm indig
get homo auxilio gratie. **V**icitur em̄
ij. ad corin. iij. Nō sufficientes sum^{us}
cogitare aliqd a nobis quasi ex nos
his. ergo indigem^{us} auxilio diuine
gratie ad hoc q nos ad gratiam p
paremus. **R**ns. dicenduz q in hac

qōne cauendus est error **P**elagij q
posuit q p liberū ar. homo poterat
adimplere legem z vitā eternā mere
ri. nec indigebat auxilio diuino nisi
qntum ad hoc q sciret quid facere
deberet. fm illō ps. **Voce me facere**
voluntatez tuam. **S**ed quia hoc nī
mis parū videbatur vt solam sciētā
haberem^{us} a deo. charitatē autē qua
precepta legis implentur haberemus
a nobis. ideo postmodū **P**elagiani
posuerunt q inituz boni operis est
hominī ex seipō. dum consentit fidel
p liberū arbitriū. sed consumatio est
hominī a deo. preparatio autē ad
initium boni operis pertinet. **U**l
ad errorem pelagianū pertinet dicē
q hō possit se ad grām pparare abs
q auxilio diuine gratie. z cōtra apo
stoluz qui dicit ad phil. i. **Qui cepit**
in nobis opus bonū ipse perficiet.
Dicenduz est ergo q homo indiget
auxilio gratie non solū ad merēduz
sed etiam ad hoc q se ad gratiaz pre
paret. aliter tñ z aliter. **N**am merē
homo per actum virtutis cū non so
lum bonū agit sed bene ad quod re
quiritur habit^{us}. vt dicitur in. ij. **Eth.**
Et ideo ad inerendū requiritur ha
bitualis gratia. sed ad hoc q homo
preparet se ad habitū psequendum
non indiget alio habitu. quia sic essz
procedere in infinitū. Indiget autē
diuino auxilio non solū qntū ad ex
teriora mouentia. put scz ex diuina
providentia pcurātur hominī occa
siones salutis. puta p̄dicationes exē
pla. z interdum egritudines z flagel
la. sed etiā qntū ad interiorē motū
put dens cor hominis interiorē mo
uet ad bonum fm illud puerbio. xix
Cor regum in manu dei z quocūqz
voluerit vertet illud. z q hoc neces
sarium sit probat phus in quodaz. c.
de bona fortuna. Homo em̄ agit vo

Primum.

luntate. voluntatis autem principium est electio et electionis consilium. Si autem queratur qualiter consilium incipiat non potest dici quod ex consilio consilium incipiat. quia sic esset infinitum procedere. unde oportet aliquod exterius principium esse quod moueat mentem humanam ad consulendum de agendis. Hoc autem oportet esse aliquod melius humana mente. non ergo est corpus celeste quod est infra intellectualem virtutem. sed deus. ut plus ibidem concludit. Sicut ergo omnis motus inferiorum corporum que non semper mouentur principium est motus celi. ita omnium motuum interiorum principium est a deo mouente. Sicut ergo nullus potest se ad gratiam preparare nec aliquid boni facere nisi per diuinum auxilium. Ad primum ergo dicendum quod per hoc quod hominis est se ad gratiam preparare per liberum arbitrium non excluditur necessitas auxilii diuini. sic nec per hoc quod ignis est calefacere excluditur necessitas celestis motus. Ad secundum dicendum quod deus mouet omnia secundum modum eorum. et ideo diuina motio a quibusdam participatur cum necessitate. a natura autem rationali cum libertate. propter hoc quod virtus rationalis se habet ad opposita. et ideo sic deus mouet mentem humanam ad bonum quod tamen homo potest huic motioni resistere. et sic ex deo est ut homo se ad gratiam preparet. sed quod gratia careat non habet causam a deo. sed ab homine secundum illud Osee. xiiij. Perditio tua ex te israel. tamen deus ex me auxilium tuum. Ad tertium dicendum quod licet peccatum non sit a deo. tamen deus peccatum quandoque ordinat ad hoc ut sit alicui salutis occasio.

Articulus .viiij.

H tertium sic proceditur. Videtur quod primus homo in statu innocentie non dilexerit deum super omnia et plus quam seipsum. Sic enim diligere deum meritozium est maxime. Sed primus homo in statu illo non habuit unde possit proficere per meritum. ut dicitur in. xliij. di. secundi libri sententiarum. ergo primus homo in statu illo non dilexit deum plus quam seipsum et super omnia. Preterea sic diligere deum est maxima preparatio mentis humane ad gratiam consequendam. Primus autem homo in statu illo ponitur gratiam non habuisse. sed sola naturalia. ergo non dilexit deum plus quam seipsum et super omnia. Preterea natura in se recurua est. quia scilicet omnia que amat retorquet ad se. Sed propter quod unumquodque et illud magis. ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum quam deum. non ergo diligebat deum super omnia. Sed contra. si non diligebat deum plus quam seipsum. aut ergo minus se aut equaliter sibi. et utroque modo sequitur quod seipso homo frueretur dum se non referret in deum. Frui autem seipso inducit perversitatem peccati. ut Augustinus dicit. ergo primus homo in statu innocentie iam erat perversus per peccatum. quod est impossibile. Sequitur ergo ut diligeret deum super omnia. Responso dicendum quod si homo fuit factus in gratia ut ex verbis Basilij et Augustini haberi potest. questio ista locum non habet. Manifestum est enim quod existens in gratia per charitatem diligit deum supra seipsum. sed quia possibile fuit deo ut hominem faceret ex puris naturalibus utile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extendere possit. Dixerunt ergo quidam quod homo vel angelus in puris naturalibus existens diligit deum plus quam seipsum naturaliter.

v

Quodlibet

dilectione scilicet amorem concupiscentie. quia scilicet bono diuino magis frui desiderat tanquam maiori et suauiori. sed scilicet amorem amicitie naturaliter homo plus diligit seipsum quam deum. Est enim amor concupiscentie quo dicimur amare illud quo volumus uti vel frui sicut vinum vel aliquid huiusmodi. Amor autem amicitie est quo dicimur amare amicum cui volumus bonum. Sed ista positio stare non potest. dilectio enim naturalis est quedam naturalis inclinatio incita nature a deo. nihil autem naturale est peruersum. Impossibile est ergo quod aliqua naturalis inclinatio vel dilectio sit peruersa. peruersa autem dilectio est ut aliquis dilectione amicitie diligit plus se quam deum. Non potest ergo talis dilectio esse naturalis. **R**ecundum est ergo quod diligit deum super omnia plus quam seipsum est naturale non solum angelo et homini sed etiam cuiuslibet creature. scilicet quod potest amare aut sensibiliter aut naturaliter. **I**nclinationes enim naturales maxime agnoscuntur in his que naturaliter aguntur absque rationis deliberatione. Sic enim agitur unumquodque in natura sicut appetitum natum est agere. videmus autem quod unaquodque pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonum totius etiam cum periculo aut detrimento proprio. ut patet cum aliquis manum exponit gladio ad defensionem capitis ex quo dependet salus totius corporis. Unde naturale est ut quelibet pars suo modo plus amet totum quam se ipsum. Unde et secundum hanc naturalem inclinationem et scilicet polliticam virtutem. bonus cuius mortis periculo se exponit pro bono communi. Manifestum est autem quod deus est bonum commune totius uniuersi et omnium partium eius. unde quelibet creatura suo modo naturaliter

plus amat deum quam seipsum. **I**nsensibilia quidem naturaliter. bruta vero animalia sensitue. creatura vero rationalis per intellectualē amorem que dilectio dicitur. **A**d primum ergo dicendum. quod diligit deum ut est principium totius esse ad naturalem dilectionem pertinet. **S**ed diligit deum prout est obiectum beatitudinis est gratuite dilectionis in qua meritum consistit. nec tamen necessarium est ut in hoc sustineamus sententiam magistri dicentis. **Q**uod homo in primo statu non habuit gratiam per quam uas mereri posset. **A**d secundum dicendum quod naturali dilectione qua deus super omnia naturaliter diligitur potest aliquis magis et minus uti. et quando in summo fuerit tunc est summa preparatio ad gratiam habendam. **A**d tertium dicendum quod inclinatio rei naturalis est ad duo scilicet ad moueri et ad agere. illa autem inclinatio nature que est ad moueri in se ipsa recurua est sicut ignis mouetur sursum propter sui conseruationem. Sed illa inclinatio nature que est ad agere non est recurua in se ipsa. non enim ignis agit ad generandum ignem propter se ipsum. sed propter bonum generati quod est forma eius. et ulterius propter bonum commune quod est conseruatio speciei. unde patet quod non uniuersaliter verum est quod omnis dilectio naturalis sit in se recurua.

Quando querebatur de his que pertinent ad bonum gratie. **E**t primo de his que pertinent ad ipsum bonum gratie. **S**ecundo de his que pertinent ad malum culpe quod ei opponitur. **C**irca bonum gratie querebatur. **P**rimo quidem de eo quod pertinet ad omnes. **S**ecundo de eo quod pertinet ad clericos. **T**ertio de eo quod pertinet ad religiosos.

Primum.

Circa ea vero que ad omnes pertinet querebatur de duabus partibus penitentie. Primo de contritione utrum scilicet contritus teneatur velle magis esse in inferno quam peccare. Secundo de confessione.

Articulus ix.

Primum sic procedebatur videtur quod contritus non debet magis velle esse in inferno quam peccare. Pena enim inferni est eterna et irremediabilis. De peccato autem potest liberari per penitentiam ergo magis debet velle peccare quam in inferno esse. Preterea pena inferni includit culpam. una enim de penis inferni est vermis. id est conscientie remorsus de culpa. Culpam autem non includit penam inferni. ergo magis est eligenda culpa quam pena inferni. Sed contra est quod Anselmus dicit in libro de similitudinibus quod aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa quam in paradiso cum culpa. quia in inferno non sentiret penam. et peccator in paradiso non gauderet de gloria. Rursus dicitur quod contritus tenetur in generali velle pati magis quamcumque penam quam peccare. et hoc ideo quia contritio non potest esse sine charitate per quam omnia dimittuntur peccata. Et charitate est plus homo diligit deum quam seipsum peccare autem est facere contra deum puniri autem est aliquid pati contra seipsum. Unde charitas hoc requirit ut quamlibet penam homo contritus preeligit culpe. Sed in speciali descendere ad hanc penam vel ad illam non tenetur. quinimo stulte faceret si quis seipsum vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus penis. Manifestum est enim quod sicut delectabilia plus movent in particulari considerata quam in communi. ita ter-

ribilia plus terrent si in particulari considerentur. et aliqui sunt qui minoris tentatione non cadunt. qui forte maiori caderent. sicut aliquis audiens adulterium non incitatur ad libidinem. sed si per considerationes descendit ad singulas illecebras magis moueretur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro christo. sed si descenderet ad considerandum singulas penas magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singula est inducere hominem in tentationem et prebere occasionem peccandi. Ad primum ergo dicendum quod culpa etiam inortalis de se perpetua est. sed ex sola dei misericordia remedium habet. Preterea plus preponderat bonum diuinum contra quod agit culpa bono nature creature cui opponitur pena. quam perpetuitas pene temporalitati culpe. Ad secundum dicendum quod remorsus conscientie non est culpa sed consequens ad culpam et posset esse sine culpa. ut in eo qui habet conscientiam errantem de preterito commisso sicut si aliquis credat aliquid a se prius commissum esse illicitum quod tamen licitum erat. et ipse dum faceret licitum reputabat.

Dinde circa confessionem que requiruntur tria. Primo utrum sufficiat quod aliquis scripto confiteatur an oportet quod confiteatur verbo. Secundo an aliquis teneatur statim confiteri habita oportunitate. vel possit expectare usque ad quadragesimam. Tertio utrum parochialis presbyter debeat credere suo parochiano dicenti se alteri confessum et dare ei eucharistiam vel non.

Articulus decimus.

Quodlibet

Ad primum sic procedebatur
videtur q̄ sufficiat si aliq̄s
confiteatur scripto. **C**onfessio
ei requiritur ad manifestationē pec
cati. **S**ed peccatum manifestari pōt
scripto sicut ⁊ verbo .ergo sufficit si
confiteatur scripto. **S**ed p̄tra est
q̄ dicitur ad ro. x. **O**re confessio fit
ad salutem. **R**es. dicendum q̄ con
fessio est q̄dam sacramentale. sicut
eniz in baptismo requir̄ aliq̄d ex pte
ministri. scz vt abluat ⁊ verba profe
rat. ⁊ aliquid ex parte suscipientis sa
cramentum. vt scz intendat ⁊ abluat
tur. ita in sacramento penitentie ex
parte sacerdotis requiritur q̄ ablu
at sub aliqua forma verborum. **E**x
parte vero penitentis requiritur q̄
se clausibus ecclesie subijciat peccata
sua per confessionem manifestans.
De necessitate ergo sacramenti ē q̄
sua peccata manifestat ⁊ contra hoc
nullus dispensare possz sicut nec cō
tra baptismum. **S**ed q̄ fiat manife
statio verbo non est ⁊ necessitate sa
cramenti. alioquin nulla necessitate
posset aliter aliquis effectum huius
sacramenti percipere nisi ore confi
tendo. quod patet esse falsum. **N**az
mutis vel quibuscūqz qui verbo cō
fiteri non possunt. sufficit scripto vt
nutibus confiteri. **N**ulla autem ne
cessitate potest aliquis baptizari ni
si aqua propter hoc q̄ aqua est de
necessitate sacramenti. **S**ed ex insti
tutioe ecclesie tenetur homo qui po
test vt verbo confiteatur. non soluz
propter hoc vt ore confitens confi
tendo magis erubescat. vt qui ore
peccat ore purgetur. sed etiam sem
per in omnibus sacramentis accipi
tur id cuius est communior vsus. si
cut in sacramentali ablutione baptis
mi accipitur aqua qua homines cō

munius vtuntur ad abluendum. et
in eucharistia panis qui est commu
nior cibus. vnde in manifestatione
peccatorum conuenit vt verbis qui
bus homines communius ⁊ expressi
us suos conceptus significare cōsue
uerunt. **E**t attendēduz est q̄ in hoc sa
cramento non imprimitur caracter
sed solum confertur gratia ad remis
sionem peccati quam remissionem
nullus consequitur peccando. **P**ec
cat autem qui ordinationez ecclesie
pretermittit. vnde i baptismo qui ser
uat ea que sunt de necessitate sacra
menti pretermittens statuta eccle
sie consequitur caracterem sacramen
ti sed non sacramenti effectum. hic
autem nihil consequitur. **R**atiōes
autem que ad vtramqz partem in
ducuntur non multum cogunt. nam
neqz manifestatio ita expresse potest
fieri scripto sicut verbo neqz quod
dicitur ore confessio fit ad salutem.
intelligitur de confessione peccatoz
sed de confessione fidei.

Articulus .xi.

Ad scdm sic proceditur. **V**ide
tur q̄ aliquis possit differre
confessionem vsqz ad qua
dragesimam. **R**espondeo enim ser
uat preceptum ecclesie non delinqt
Sed ecclesia statuit q̄ semel in an
no homines propria peccata confi
teantur. ergo si aliquis expectat vsqz
ad terminum ab ecclesia constitutu
non peccat. **P**reterea baptismus
est sacramentum necessitatis sicut et
pn̄a. sed cathecumini non peccat
si differat baptismum vsqz ad sabba
tum sanctum. ergo pari ratione nec
contritus peccat si differat confessio
nem vsqz ad quadragesimam.
Preterea maioris necessitatis est
contritio q̄ confessio. **S**ed confessio

Primum.

sine cōtritione nō valet ad salutem. **C**ontritio autē sine confessione pōt in aliquo casu valere. sed ille qui est i peccato non tenetur statim conteri cōtritione que delet peccatum. alioquin peccator per singula momenta peccaret. ergo nec. contritus tenetur statim cōfiteri. ita q̄ peccet si secus agat. **S**ed contra. Magis est subueniendum r̄. morbo spūali q̄ morbo corporali. Sed aliquis subiect' morbo corporali periculo se cōmitteret nisi remediū medicine quereret q̄ cito posset et ex negligentia peccaret. Multo ergo magis peccat qui differt remediū confessionis adhibere contra spiritalē morbu peccati. **R**es. dicendum. q̄ laudabile est q̄ peccator q̄citus cōmode potest peccatum suū confiteatur. quia p̄ sacramentum penitentię pfertur gratia que hominem reddit magis firmiter ad resistendum peccato. **Q**uidam autem dixerunt q̄ tenetur cōfiteri quamcito oportunitas cōfiteri se obtulerit. ita q̄ si differat peccat. Sed hoc est contra rationem p̄cepti affirmatiui. quod licet obliget semper. non tamen obligat ad semper sed pro loco et tempore. **T**empus autem implendi p̄ceptum de confessione videtur quando iminet aliq̄s casus in quo necesse est homini q̄ sit p̄fessus. puta si imineat ei mortis articulus vel necessitas accipiēdi eucharistiā aut sacruz ordinē vel aliquid huiusmodi ad qd̄ o3 hominē p̄ confessionē purgatū preparari vnde si aliq̄d horū imineat et aliq̄s p̄fessi p̄mittat peccat dūmodo debita oportunitas assit. et quia ex p̄cepto ecclē oēs fideles tenentur saltem semel in anno i festo pasche p̄cipue sacramenti cōione accipere. ideo ecclā ordinavit vt semel

in anno qm̄ iminet tēp' accipiēdi eucharistiā omnes fideles p̄fiteantur. **D**ico ergo q̄ differre p̄fessionem vsq̄ ad hoc tēp' per se loquēdo licitū est. sed per accidens p̄t fieri illicitū puta si imineat aliquis articulus in quo confessio requiratur. **N**el si alius quis p̄pter p̄temptū p̄fessionē differat. et similiter p̄ accidens possit esse talis dilatio meritoria. si ad hoc differret vt p̄udētiori p̄fiteret. vel deuotius propter sacruz tēp'. p̄mas ergo rōnes p̄cedimus. **A**d illud v̄o qd̄ in p̄trarium obijcitur dicendū q̄ morbo corporali nisi p̄ medicine remediū extingatur semp̄ inualefcit i peius. nisi forte etiaz virtute nature fuerit extinctus. morbus autē p̄ccati extinguitur p̄ p̄tritionē vñ nō ē ille.

Articulus .xij.

Tertiu sic p̄ceditur. **V**idēt q̄ sacerdos parochialis nō debeat credē suo subdito dicenti se alteri esse p̄fessum vt p̄ hoc ei eucharistiā det. **F**requēter enim ipsa p̄fessione aliqui cōteruntur. qui prius p̄triti non fuerunt. **S**ed sacerdos debz subditum suū q̄ntum pōt ad bonū inducere. ergo vidēt q̄ omnino ab eo expetere debeat q̄ sibi cōfiteatur. **P**reterea. **P**rouer. xxvij. dicitur pastori ecclesie. diligenter agnosce vultum pecoris tui. **S**ed hoc nullo modo melius potest q̄ per cōfessionem. ergo debet ab eo exigere q̄ sibi confiteatur. **S**ed contra. **S**i sibi confiteretur posset dicere q̄ vellet et crederetur ei. ergo etiaz de hoc sibi debet credi q̄ sit confessus. **R**esponso dicendum q̄ in foro iudiciali creditur homini contra se. sed non pro se. **I**n foro autem penitentię creditur homini pro se et p̄tra se

*Mag. Barboz p̄fessus al
no dicit melius
subdito*

Quodlibet

Est ergo distinguendum quod dupliciter sit impedimentum quo aliquis a perceptione eucaristie impediatur. si enim sit impedimentum ad forum iudiciale pertinens puta excommunicatio. non tenetur sacerdos suo subdito credere quem excommunicatus novit nisi ei de absolutione constet. Si autem sit impedimentum quod ad forum penitentiae pertineat scilicet peccatum. tenetur ei credere et iniuste agit si denegat eucaristiam ei qui prohibet se confessum et absolutum ab eo qui absolvere potuit vel auctoritate apostolica. vel auctoritate episcopi. Ad primum ergo dicendum quod illud bonum quod in confessione homines consequuntur iam consecutus est ille qui confessum se dicit si verum dicit. Si autem falsum dicit pari ratione potest falsum dicere confitendo nec potest aliquis alicuius hominis auctoritate compelli ad confitendum peccatum quod alteri confessus est qui absolvere potuit. quod sic ita dictum est confessio peccatorum quoddam sacramentale est divino imperio subiacens non humano. Ad secundum dicitur quod spiritualis pastor vultus pecoris sui debet diligenter agnoscere considerando exterius vitam eius. sed per modum confessionis non potest diligentem scrutari. sed oportet quod credat ea que sibi a suo subdito dicuntur.

Deinde querebantur duo de his que pertinent ad clericos. Et primo de officio ecclesie utrum ille qui est prebendatus in duabus ecclesiis in die quo diversum officium sit in utraque ecclesia debeat utrumque officium dicere. Secundo de studio theologie utrum aliquis teneatur dimittere studium theologie etiam si sit aptus ad alios docendum ad hoc quod intendat saluti animarum.

Articulus .xiiij.

Ad primum sic procedebatur. videtur quod aliquis in tali casu debeat utrumque officium dicere. Unus enim debet respondere emolumento. Ille ergo qui habet emolumentum prebende in duabus ecclesiis debet unus sufferre utrumque ut scilicet utrumque ecclesie officium dicat. Preterea iustum esse videtur ut si habet maius emolumentum ab una ecclesia in qua forte cantatur prolixius officium quod etiam maius onus subeat prolixius officium dicendo. Non ergo ad eum pertinet electio sed vel de utrumque dicere. vel debet dicere officium ecclesie in qua habet pinguius beneficium. Sed in contrarium inducebatur consuetudo. Rursus dicitur quod supposito quod aliquis licite sit prebendatus in duabus ecclesiis scilicet ex dispensatione considerandum est quod ille qui in aliqua ecclesia prebendam accepit duobus obligatur scilicet deo. ut ei debitas laudes exsoluat pro eius beneficiis. et ecclesie de qua accipit sumptus. Ea vero que ad ecclesiam pertinent subiacent dispensationi prelatorum ecclesie. et ideo hoc debitum quod debet ecclesie debet exsolvere secundum quod statutum est vel per seipsum si sit prebenda que requirat residentiam vel per vicarium si hoc sufficiat secundum ecclesie statum et consuetudinem. Sed debitum quod debet deo per seipsum debet exsolvere. non refert autem quantum ad deum quibus psalmis et hymnis deum laudet utrum dicat in vespertis. Dixit dominus. vel Laudate pueri dominum. nisi quantum ad hoc quod homo debet sequi maiorum traditiones. et quia laudes deo debet quasi unus homo. sufficit quod semel officium dicat secundum consuetudinem alicuius ecclesiarum quarum est clericus. Sed de electione officij rationabiliter videtur

Primum.

q̄ debeat dicere officiuꝝ illius eccle-
sie in qua maiorem gradum habet.
puta si in vna sit decan⁹ ⁊ in alia sim-
plex canonicus debet dicere officiuꝝ
ecclesie in qua est decanus. **Q**uod si in
vtraq; ecclesia fuerit simplex cano-
nicus. debet dicere officium dignio-
ris ecclesie. quāuis forte in minori
ecclesia habeat opulentioꝝ prebē-
dam quia temporalia nullius mo-
menti sūt spiritualibus comparata.
Si vō ambe ecclesie sint equalis di-
gnitatis. potest ergo eligere quod-
cunq; officium magis voluerit. si fu-
erit ab vtraq; ecclesia absens. **S**i au-
tem fuerit in aliqua earum presens.
debet se conformare illis cum quib⁹
conuersatur. ⁊ per hoc patz respōsio
ad obiecta.

Articulus. xiiij.

Secūduz sic procedebatur.
videtur q̄ aliquis qui potest
saluti animarum curam im-
pendere peccet. si circa studium tem-
pus occupat. **D**icitur enī **S**al. vlt.
Bū tempus habemus operemur bo-
num. nulla etiā est grauior iactura
q̄ temporis. **N**ō debz ergo aliquis
totū temp⁹ in studio expendere dis-
ferēs salutē animarū curam impēde-
re. **P**reterea perfecti tenētur ad id
quod melius est. **S**z religiosi sūt pfe-
cti. ergo maxie religiosi debēt dimit-
tere studiū vt salutē animarū insistant.
Preterea pei⁹ est errare in via mo-
rum q̄ in via pedū. **S**z prelat⁹ tene-
tur reuocare suū subditū si videat eū
errare in via pedū. ergo multo ma-
gis tenetur eū reuocare ab errore q̄
est in via morū. **E**st autē error si hō
p̄termittat qd meli⁹ est. ergo d̄z sub-
ditum cogere vt salutē animarū intē-
dat studio p̄termisso. **I**n p̄trari-
um inducebatur p̄uetudo pro ratiō-
ne. **R**espōs. dīcēdū q̄ aliq̄ duo

possunt cōparari adinuicē. ⁊ simpli-
citer ⁊ fm aliq̄ casum. nihil enīz p̄-
hibz id quod est meli⁹ simpliciter in
aliquo casu esse minus eligendū sic
philosophari est simpliciter meli⁹ q̄
dicari. sed in tempore necessitatis di-
cari est magis eligendū ⁊ aliqua pre-
ciosa margarita est carior vno pa-
ne. ⁊ tamen in aliquo casu famis pa-
nis p̄eligeretur. fm illud **Tren. iij.**
Pederunt preciosa queq; pro cibo
ad refocillādas animas. **E**st autē cō-
siderādum q̄ i quolibz artificio sim-
pliciter melior ē qui disponit de ar-
tificio. ⁊ dicitur architector q̄ aliq̄s
manualis qui ope exequitur fm q̄
ei ab alio disponitur vnder edificijs
construēdis maiori mercede cōducit-
ur qui disponit de edificio. licet ni-
hil manibus opetur q̄ manuales ar-
tifices qui dolant lignaz incidūt la-
pides. **I**n edificio autē spirituali sūt
quasi manuales operarij. qui parti-
culariter insistant cure animarū pu-
ta sacramēta ministrando vel aliq̄s
hōi particulariter agendo sed q̄si
principales artifices sūt ep̄i qui im-
perāt ⁊ disponūt qualiter p̄dicti suū
officiū exeq̄ debeant. propter qd et
ep̄i id est sup̄intendētes dicunt ⁊ sim-
pliciter theologie doctores sūt qua-
si principales artifices qui inq̄runt
⁊ docent qualiter alij debeant salutē
animarū procurare. **S**implicitē ergo
melius est docere sacrā doctrinā ⁊ et
magis meritorium si bona intentio-
ne agatur. q̄ impendere particularē
curam salutē huius ⁊ illius. vñ apo-
stolus de se dicit. i. ad **Corin. i.** Non
enī misit me christus baptizare. s;
euangelizare. quamuis baptizare sit
opus maxime conferens salutē ani-
marum. et. ij. ad **Thim. ij.** dicit apo-
stolus commendat fidelibus homi-
nibus qui idonei erūt et alios docē.

Quodlibet

Ipsa etiam ratio demonstrat quod melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui in se et in alijs perficere possunt quam simplices qui in se tantum perficere possunt. In aliquo tamen casu necessitate imminente debeant et episcopi et doctores intermissio proprio officio particulariter intendere salutem animarum. **Ad primum** ergo dicendum quod nullatenus iacturam temporis patitur qui quod est melius operatur docendo sacram doctrinam vel qui ad hoc per studium se disponit. **Ad secundum** dicendum quod perfectus dicitur aliquis dupliciter. Uno modo quia habet perfectionem. Alio modo quod habet statum perfectionis. Perfectio autem hominis in charitate consistit quam hominem deo coniungit. **Unde quantum ad dilectionem dei** dicitur **gen. xvij. Ambula coram me et esto perfectus.** quantum vero ad dilectionem proximi postquam dominus dixerat. **Abiugate inimicos vestros.** conclusit **Matth. v. estote ergo perfecti.** Statum autem perfectionis habere dicuntur qui sollemniter obligantur ad aliquod perfectum annexum. Est autem aliquod annexum perfectum charitatis dupliciter. Uno modo sicut pambulum et preparatorium ad perfectionem ut paupertas castitas et humilitas quibus homo retrahitur a curis secularibus rebus. ut liberius vacet his que dei sunt. **Unde humilitas magis se quam perfectionis instrumenta.** propter quod **Hier. exponens illud verbum Petri dicentis. Ecce nos relinquitur omnia et secuti sumus te.** dicit quod non sufficit Petro dicere. **Ecce nos relinquitur omnia.** sed addidit quod perfectum est. et secuti sumus te. **Quicunque ergo voluntariam paupertatem vel castitatem servant habent quidem preparatorium perfectionis. sed non dicuntur habere statum perfectionis nisi qui se ex sollemni professione ad humilitatem obligant.** aliquod sollemniter et perpetuum dicitur habere statum

sicut patet in statu libertatis vel matrimonij et similibus. Alio vero modo aliquid est annexum perfectioni charitatis ut effectus. ut scilicet aliquis curam animarum suscipiat. Est enim perfecte charitatis ut aliquis propter dei amorem permittat dulcedinem contemplative vite quam magis amaret. et accipiat active vite occupationes ad procurandum proximorum salutem. **Quicunque ergo hoc modo salutem proximorum intendit habet quidem aliquem perfectionis effectum sed non habet perfectionis statum nisi episcopus.** qui cum quadam sollemni consecratione suscipit animarum curam. **Archidiaconi vero et parrochiales presbyteri magis habent commissa quedam officia.** quam quod per hoc in aliquo perfectionis statu ponantur. **Soli ergo religiosi et episcopi dicuntur perfecti quasi statum perfectionis habentes.** unde religiosi fiunt episcopi sed non archidiaconi vel plebani. **Cum ergo dicitur quod perfecti tenentur ad id quod melius est.** verum est si intelligatur de his que dicuntur perfecti propter perfectionem charitatis. **Humilitas enim obligantur ex lege inferiori que inclinando obligat.** unde ad hoc obligantur secundum mensuram sue perfectionis quod implet. **Si autem intelligatur de his que dicuntur perfecti propter statum sicut episcopi et religiosi.** non est verum. **Non enim tenentur episcopi nisi ad ea ad que se extendit cura suscepti regiminis.** et religiosi non tenentur nisi ad ea ad que obligantur ex voto sue professionis. alioquin esset obligatio ad infinitum. cum tamen et natura et ars ac etiam omnis lex certos terminos habeat. **dato tamen quod perfecti semper tenentur ad id quod melius est.** non esset ad propositum sicut ex supra dictis apparet. **Ad tertium** dicendum quod **per se**

Primum.

teneatur succiditum suuz reuocare ab omni malo . nō tñ tenetur eū inducere ad omne meli⁹. Nec etiā ratio in pposito locum non habet sicut nec alie.

Deinde querebāt duo de his que p̄tinet ad religiosos. Pri⁹mo vtrum religiosus teneat obedire suo prelato . vt reuellet sibi aliquod secretum . quod fidei sue est commissum . secundo vtrum teneat sibi obedire vt reuellet occultā culpā fratris quam novit.

Articul⁹ . xv.

Hoc primum sic proceditur. Videtur q̄ religiosus teneat ali quod secretum fidei sue commissum reuelare prelato precipienti. Ad obediendum enim prelato obligant se religiosus professione solēni ad tenendum autē secretum obligant se simplici promissione . ergo magis debet obedire prelato q̄ seruare secretum. Sed contra est q̄ Bern. dicit. Id quod est institutū propter charitatem nō militat contra charitatem. Sed professio obedientie quā religiosus facit prelato . instituta est propter charitatem . ergo non militat contra charitatem . qua quislibet tenetur seruare fidem proximo. Re. dicendum q̄ sicut Bern. dicit in libro de dispensatione et precepto Sufficiens obedientia est vt religiosus obediat suo prelato de his que ad regulam pertinent vel directe . sicut ea que sūt scripta in regula . vel indirecte . sicut ea que ad hec reduci possūt . sicut ministeria exhibenda fratribus et pene pro culpis infligēte . et hmōi . Perfecta autem obedientia est vt simpliciter in omnibus obediat que non sunt contra regulam vel contra deum . Sed q̄ aliquis obediat prelato i his q̄ sūt contra deum vel contra regulam est obedientia incauta et illicita. Est er

go considerandū in proposito vtrū sit licitum religioso secretum fidei sue commissum reuelare. Circa quod distinguendum est de secreto. Est enim aliquod secretū quod illicitum est celare . sicut quod in piculum v̄git aliorum quibus aliquis cauere tenetur. Unde et in iuramento fidelitatis cōtinetur q̄ hmōi serui secreta debeāt dominis reuelare. Ad preceptū ergo prelati tenet religiosus tale secretum pandere . etiam si promisit se non reuelare . dicente Ihs. In malis p̄missis rescinde fidem . nisi forte in confessione audierit . quia tūc nullo modo est reuelandum. Est autem aliud secretum quod de se celari potest sine peccato et tale secretum religiosus nullo modo prelato precipiente pandere debet . si sit fidei sue commissum peccaret enim flagitando fidem p̄missio. Ad primū ergo dicendū q̄ solentior est obligatio ad seruanda ea que sūt fidei et charitatis . que est ex lege naturali et ex p̄missione in baptismo facta . q̄ ea que est ex professione religionis.

Articulus . xvj.

Hoc tertium sic proceditur. Videtur q̄ subditus debeat prelato precipienti reuelare culpā occultā alteri⁹ fratris . qz vt Hiero. dicit. Nō d̄ occultari culpa vni⁹ in preiudiciū multoz. S̄ presumendū est q̄ prelat⁹ culpā vni⁹ cognoscere velit p̄pter multitudinis bonū . ergo prelato precipienti debet culpa alterius reuelari. S̄ p̄tra est qd̄ Gre. dicit . q̄ etsi aliqui p̄pter obedientiam debem⁹ aliqua bona dimittere . nullo tñ mō propter obedientiam debem⁹ aliquod malum p̄petrare. S̄ maluz esse videtur culpam occultā detegendo aliū informare . ergo hoc propter obedientiam fieri non d̄. Respō.

c j

Quodlibet

dicendum q̄ religiosus prelat⁹ in capitulo preest sicut iudex ecclesiastic⁹ in foro iudiciali. Unde ad ea potest ex precepto subditos obligare vt ei pandatur propter que potest iudex ecclesiastic⁹ in foro iudiciali iuramentum exigere. Est ergo sciendum q̄ in criminibus triplex est modus procedendi. vnus per denunciationem. alius per inquisitionem alius per accusationem. In via ergo denunciationis intenditur correctio delinquentis. et ideo s̄m̄ preceptū domini Math. .xviij. debet precedere fraterna correctio. vt scz corripias eum inter te et ipsum solum. q̄ si non audierit. corripas duobus vel tribus testib⁹. et vltimo dicatur ecclie. Charitatis enim est vt aliquis parcat fratri quātum potest vnde prius debet niti vt corrigat cōscientiam fratris seruata fama solitarie admonendo. et postmodū coram duobus vel tribus. tandem negligenda est fama. vt emendetur cōscientia. et dicendum est ecclie. in quo etiam processu consulitur conscientie. Nā peccator si a principio videret se publicatum. amitteret verecundiam et obstinatio fieret ad peccandum In inquisitione vero debet precedere infamia. In accusatione vero debet p̄cedere inscriptio per quam ipse obligat se ad talionem. In inquisitione autem et accusatione intēditur pena peccantis propter multitudinis bonum. Si ergo appareat accusator in capitulo qui se obliget ad talionem potest prelatus precepto veritatis confessionē exigere. sicut et iudex ecclesiasticus iuramento. Et similiter si precedat infamia. potest prelatus precepto veritatem exquirere. et subditi tenentur obedire. Si autem procedatur per viam simplicis denunciationis. non tenetur religiosus prela-

to precipienti culpam fratris reuelare. nisi precedente monitione eum videat incorrectum. imo magis peccaret. si ad preceptum prelati reuelaret quia plus tenetur obedire euāgelio q̄ prelati. et multo magis prelatus peccaret si subditum induceret ad pervertendum ordinem euāgelij. Ad primum ergo dicendum q̄ de peccato preterito de quo iam aliquis correctus est ad secretam ammonitionē vel de quo potest sperare corrigendus nisi contrarium inueniatur. nō potest imminere periculum multitudinis. Sed de peccato futuro quod est periculosum multitudini. vel spiritualiter vel corporaliter procedit obiectum. tunc enim nō oportet ammonitionem secretam expectare. sed statim periculo occurrere. vnde ⁊ dominus nō dicit. Si peccare intendit in futuro. sed si peccauerit in preterito.

Quando queruntur quatuor ad culpam pertinentia. Primo vtrum peccatum sit natura aliqua. Secundo vtrum periurium sit grauius peccatum q̄ homicidium. Tertio vtrum peccet qui propter ignorantiam constitutionē pape nō seruat. Quarto vtrum monachus peccet mortaliter comedēdo carnes

Articulus. xvij.

Primo sic procedebatur videtur q̄ peccatum sit aliqua natura. Dicitur enim Job. i. Sine ipso factum est nihil id est peccatum. Sed q̄ est natura aliqua. nō potest dici nihil. ergo peccatum non est natura aliqua. Sed contra. Si peccatum non est natura aliqua opz q̄ sit priuatio pura s̄ priuatio pura non dicitur s̄m̄ magis et minus. vt mors et tenebra. ergo vnum nō esset grauius altero. quod est incōueniēs

Primum.

Re. dicendum qd peccatū maxime transgressionis est actus inordinat⁹ et parte ergo actus peccatum est natura aliqua. Sed inordinatio est p̄uatio. et fm̄ hanc peccatum dicitur nihil. et p̄ hoc p̄ solutio ad obiecta.

Articulus. xviiij.

A secundum sic procedebatur videtur qd periurium sit grauius peccatum q̄ homicidium. dicit enim Bern. **C**ontra precepta prime tabule non potest disp̄sare nec deus nec homo. Contra precepta autem secunde tabule potest disp̄sare deus sed non homo. ex quo potest accipi qd grauius sit peccare contra precepta prime tabule q̄ contra precepta secunde. Sed periurium est contra preceptum prime tabule. quod est. Non assumes nomen dei tui in vanum. Homicidium autem ē contra preceptum secunde tabule. Non occides. ergo grauius peccatum est periurium q̄ homicidium. **P**reterea graui⁹ est peccare in deū q̄ in hominem. Sed periurium est peccatum in deum. homicidium in hominem. ergo grauius peccatum est periurium q̄ homicidium. **S**ed contra. p̄a proportionatur culpe. Sed graui⁹ punitur homicidium q̄ periurium. ergo est graui⁹ pccm̄. **R**e. dicendum qd sicut apostolus dicit ad heb. vj. Homines per maiores sui iurant. et omnis controuersie eorum finis est iuramentū. Frustra autem in causa homicidij controuersie finis esset iuramentū. si homicidium esset grauius peccatum q̄ periurium. presumeretur enim qd qui maiorem culpam homicidij commisisset. non vereretur minorem periurij incurrere. vnde ex hoc ip̄o qd in cuiuslibet peccati defertur iuramentū manifeste ostenditur qd periurium p̄ maximo peccato debet haberi. nec i

merito. quia periurare nomen dei videtur quedam diuini nominis denegatio. vñ scdm̄ locum post idolatriam peccatum periurij tenet. vt ex or̄sine preceptorum appet. Sed ⁊ ap̄ gentiles iusiurandum erat honoratissimum. vt dicitur in p̄cipio metha. Primas ergo rationes concedimus. **A**d illud vero qd in contrarium obijciē dicitur qd in iudicio humano non semper quantitas pene respōdet quantitati culpe. Interdum enim infligitur maior pena p̄ minori culpa quando grauius nocentur imminet hominib⁹ ex minori culpa. s̄ fm̄ dei iudicium grauior culpa grauiori pena punitur. vnde vt ostendatur grauitas idolatrie et periurij postq̄ in primo precepto dixerat. Non adorabis ea neq̄ coles. subditur. exo. xxi. Ego sum dominus deus tu⁹ visitās iniquitates patrum. in filios. et post qd dixerat. Non assumes nomen dñi dei in vanum. subditur. Nec enim habebit insonem dominus cum qui assumpsit nomen dñi sui frustra.

Articulus. xix.

Tertium sic proceditur. Videtur qd qui facit contra constitutionem pape per ignorantiam non peccat. Et enim aug. dicit peccatum adeo est voluntarium. qd si non est voluntarium nō est peccatum. Sed ignorantia causat inuoluntarium. vt dicitur in. iij. eth. ergo qd fit p̄ ignorantiam non esset peccatum. **P**reterea fm̄ iura domin⁹ potest repetere seruū suū ordinatū p̄ certū t̄p̄s. hoc autē debet cōputari a t̄pe ordiatōis nō a t̄pe noticie. ergo obligatio constitutionis pape obligat a tempore noticie. **S**ed p̄tra Ignorantia iuris non excusat. Sed p̄stitutio pape facit ius. ergo qui facit cōtra p̄stitutionē pape p̄ ignorantiam

Quodlibet

non excusatur. **R**e. dicendū q̄ igno-
rantia que est causa actus causat ino-
luntariuz. vnde semp excusat. nisi ip̄a
ignorantia sit peccatum. **E**st autem
ignorantia peccatum. quando igno-
rat quis que potest scire et tenet. **C**ō-
stitutionē enim pape omnes suo mō
scire tenētur. **S**i ergo aliquis nesciat
p̄ negligentiam. non excusat a culpa
si contra cōstitutionem agat. **S**i vō
aliquis habeat sufficiens impedimē-
tum. p̄pter qd̄ scire nō potuerit. puta
si fuit in carcere. vel in terris extrane-
is. ad quas constitutio non puenit.
vel p̄pter aliqd̄ simile. talis ignoran-
tia excusat vt non peccet contra con-
stitutionem pape agens. et per hoc
patet solutio ad obiecta.

Articulus. xx.

Ad quartum sic procedit. **V**i-
det̄ q̄ monachus peccet mor-
taliter comedēdo carnes. **V**i-
dit̄ em̄ canon de consecratōne. q̄ mo-
nachi non debent comedere carnes.
et si contra fecerint debent incarcera-
ri. **S**ed talis pena non infligitur nisi
p̄ peccato mortali. ergo mōachi cō-
edentes carnes peccant mortaliter.
Preterea facere contra votum ē
peccatum mortale. **S**ed monachi ex
voto obligātur ad seruandum regu-
lam beati **B**enedicti in qua continet̄
q̄ monachi a carnibus abstinēat. er-
go monachi peccant mortaliter cō-
edendo carnes. **S**ed contra. **N**ul-
lum peccatum mortale concedit̄ aliis
cui ratione cuiuscunq̄ infirmitatis
Sed comedere carnes concedit̄ mo-
nacho ratione infirmitatis. ergo cō-
edere carnes non est peccatum moz-
tale monacho. **R**e. dicendum q̄ nī-
hil est mortale peccatum monacho
vel religioso cuiuscunq̄ p̄ se loquendo
qd̄ non sit peccatum mortale alteri.
nisi sit contrariū ei ad qd̄ se voto pi-

fessionis obligauit. p̄ accidens tamē
ratione scandali. vel alicui⁹ huiusmo-
di posset aliquid ei esse peccatum qd̄
non esset alij peccatum. **E**st ergo
considerandum quid sit illud ad qd̄
religiosus voto p̄fessionis se astrin-
git. et siquidem religiosus p̄fitendo
vovet se regulam seruaturum. videt̄
tur se obligare voto ad singula que
continentur in regula. et sic p̄tra qd̄
libet eorum agendo peccaret morta-
liter. **E**t ex hoc sequeretur q̄ religio-
nis status esset religiosus in laqueuz
peccati mortalis. qd̄ vir aut nunq̄
possent declinare. **S**ancti ergo p̄res
qui ordines instituerunt noletēs ho-
mībus iniicere damnationis laqum.
sed magis viam salutis. ordinauerūt
talem p̄fessionis formam. in qua pu-
culum esse non posset. sicut in ordine
fratrum predicatoruz est cautissima
et securissima forma p̄fitendi. q̄ non
p̄mittit se seruare regulam. sed obe-
dientiam fm̄ regulam vnde ex voto
obligantur ad seruāda ea que ponū-
tur in regula tanq̄ p̄cepta et q̄ pre-
latus fm̄ tenores regule sibi p̄cipe-
voluerit. **E**tera vero que non conti-
nentur in regula sub p̄cepto. non
cadunt directe sub voto. vnde ea pre-
termittens nō peccat mortaliter. **B**e-
atus vero benedictus statuit mona-
chum p̄fiteri. non quidē obleruare
regulā. sed q̄ p̄fites p̄mittit conuer-
sionem morum suoz fm̄ regulā. hoc
est dictum vt fm̄ regulā dirigat mo-
res suos. contra quod facit. si vel ea
que sunt p̄cepta in regula transgre-
diatur. vel etiam contemnat regulaz
fm̄ ea dirigere actus suos omnino
recusans. nō autem omnia que in re-
gula continent̄ sunt p̄cepta. q̄dam
enim sunt monitiones siue consilia.
quedam vero ordinationes siue sta-
tuta quedaz. vt q̄ post completoriū

*De mortibus an liceat
ut comedant carnes*

Primum.

nemo loquatur. Quisimodi autem
statuta que in regula continentur
non habent vim precepti. sicut nec p
latus statuens aliquid intendit semp
ad peccatum mortale obligare p pre
ceptum. Est autem prelati quasi q
dam regula animata. unde stultū eēt
putare q monachus frangens silen
tium post pletorium peccaret mor
taliter. nisi forte faceret hoc ptra pre
ceptum prelati. vel ex contēptu regu
le. Abstineri autem a carnibus non
ponitur i regula beati Benedicti vt
preceptum. sed vt statutum quoddā.
unde monachus comedens carnes
non ex hoc ipso peccat mortalitē. nisi
casu propter inobedientiam vel con
temptū. Ad primū ergo dicendū
q pena illa infligitur monacho ptra
citer et inobedienter carnes comedē
ti. Ad secundum dicendum q com
edere carnes nō est ptra votum mo
nachi. nisi quando comederet ex ino
bedientia vel ex contemptu. Ad vō
in contrarium obijcitur efficacā nō
habet. procedit enim ratio de his q
sunt fm se mala. sicut homicidij ad
ulterium. et hmōi. que sunt omnibus
illicita tam sanis q infirmis. Nō aut
procedit de his que sunt mala. quia
phibita. aliquid enim potest phibēi
sano qd non phibēi infirmo.

Deinde circa bonum glorie q
debantur duo de corporibus
gloriosis. Primo vtz cor
pus gloriofum naturaliter possit eē
cum alio corpore nō gloriofo in eoz
dez loco. Secūdo vtrum hoc fieri
possit miraculo.

Articulus. xxi.

Hoc primū sic procedit. Videt
q corpus gloriofum natura
liter possit esse cum alio cor
pore in eodem loco. Si enim phibe
tur esse cum alio corpore in eodem

loco. aut est propter grossiciem siue
corpulentiam. aut ppter dimēfiones
sed nō propter grossiciem seu corpu
lentia qz corpus gloriofum erit
spirituale fm apostolum. i. ad cor. xv
Similiter nec propter dimēfiones.
qz cuz tangētia sunt quoz vltima sūt
simul. necesse est q punctum vni^o cor
poris naturalis sit simul cum pūcto
alterius et linea cum linea. et superfi
cies cum superficie. Pari ergo rōne
et corpus cum corpore. Nō ergo p
hibetur corpus gloriofum quin natu
raliter possit esse simul cum alio cor
pore in eodem loco. Preterea
Cōmētator. dicit in. viij. phi. q par
tes aeris et aque partī subintrant se
in vicem propter q partim sunt natu
re spiritualis. sed corpa gloriofa om
nino erunt spiritualia. vt iam dictū
est. ergo totaliter poterunt subintra
re alia corpora et simul esse cum eis.
Sed contra. Glorificatio nō tol
lit naturam. Sed corpus humanum
non potest naturaliter esse simul cuz
alio corpore in eodem loco in statu
isto ergo neq postq erit glorificatū
Ne dicendum q manifestū est q
corpus humanum in statu isto non
potest esse cum alio corpore in eodē
loco. Si ergo corpus gloriofum na
turaliter possit esse cum alio corpore
in eodē loco propter aliquam pprie
tatem inditaz. illa proprietates aufert
hoc propter qd corpus humanū in
statu isto prohibet esse cum alio cor
pore in eodem loco. Est ergo cōside
randum quid sit hmōi phibens. Vi
cunt aut quidā hoc esse grossiciē vel
corpulentiam quanda qz que tollet p
dotem glorie. quam nominant subri
litate sed hoc non est intelligibile
non enim inuenit quid sit hmōi cor
pulentia vel grossicies. non enim est
aliqua qualitas. quia nulla qualitas

Quodlibet

Dari potest. quia remota corpus pos-
sit esse cum alio corpore in eodē lo-
co. Similit̄ nec potest eē forma nec
materia. que sunt partes essētie. quia
tunc integra essentia corporis huma-
nā non remaneret cum gloria. qđ est
hereticū. Et ideo dicendū est qđ hoc
prohibens nihil est aliud qđ dimē-
siones quibus s̄stat materia corporal̄
necesse est enim vt id qđ est p se sit eā
in vno quoq; genere. Distinctio autē
s̄m situm primo et p se puenit quāti-
tati dimensiuē. que diffiniē esse quan-
titas positionē habens. vnde et pres-
in subiecto et hoc ipso distinctionem
habēt s̄m situm qđ sunt subiecte dimē-
sioni. et sicut est distinctio diuersarū
partium vnius corpis s̄m diuersas
ptes vnius loci per dimensiones. ita
ppter dimensiones diuersa corpora
distingunt̄ s̄m diuersa loca. Duo et
corpora facit actualis diuisio mate-
rie corporalis. Quas autem partes
vnius corporis diuisibilitas poten-
tialis. vnde et p̄sus dicit in .iiij. p̄hi.
Sicut subintrante cubo ligneo in
aquā vel aerem oportet qđ cedat t̄m
de aqua. vel aere. ita oportet qđ cede-
rent dimensiones sepate. si vacuū po-
neretur. Cum ergo gloria non tollat
dimensiones corporis. dico qđ corp⁹
gloriosum non potest naturaliter eē
cum alio corpe in eodem loco ppter
aliquam p̄rietatem inditam. Ad
primum ergo dicendum qđ sicut dcm̄
est corpus humanū in statu isto p̄-
hibetur esse cum alio corpe in eodez
loco non ppter corpulentā aut gros-
sitiem que p̄ gloriā tollatur. spiritua-
litate enim apostolus opponit aīa
litati. s̄m quā corpus est alimonia
indigens. vt aug. dicit. Non autem
grossitiei vel corpulentie. s̄ impedī
propter dimensiones. Ratio v̄o que
in contrarium obijciatur ponitur inē

sophisticas ratōes a p̄ho in .iiij. p̄hi.
Puncto enim et linee et superficie nō
debetur loci. sed corpori. vnde non
sequitur. Si termini corporum se tā-
gentium sunt simul. qđ ppter hoc plu-
ra corpora possunt esse in eodem loco
Ad secundum dicendū qđ sicut ibi
dem commentator exprimit. subintra-
tio illa fit p̄ condensationem. et dicū-
tur habere spiritualem virtutem p̄-
pter raritatem. Eset autem errone-
um dicere hoc modo qđ sint aeri ven-
tisq; similia. vt patet p̄ Grego. in .xix
moralium.

Articulus .xiiij.

Secundum sic procedebat.
Videtur qđ corpus gloriosū
nullo modo possit esse simul
cum alio corpore in eodem loco. sic
enim se habet corpus vnum ad vniū
locum. ita duo corpora ad duo loca
ergo commutatim sicut vnum corp⁹
ad duo loca. ita duo corpora ad vnum
locum. Sed vnum corpus nullo mō
pōt esse ī duob⁹ locis. ergo nec duo
corpora in vno loco. Preterea si
duo corpora sint in vno loco sumē-
tur duo puncta in duabus extremita-
tibus loci. Sequitur ergo qđ inter
ista duo puncta erunt due linee recte
duorum corporū in eodem loco exi-
stentium. qđ est impossibile. ergo im-
possibile est duo corpora esse in eodē
loco. Sed contra est qđ christ⁹ in-
trauit ad discipulos ianuis clausis.
vt habetur Joh. xx. quod esse nō po-
test nisi corpus eius simul cum cor-
pore portarum fuisset in eodem loco.
Potest ergo corpus gloriosum cum
alio corpore esse in eodem loco.
Re. dicendum qđ sicut iam dictum
est. duo corpora esse in eodem loco
prohibentur ex dimensionibus. quia
materia corporalis s̄m dimensiones
diuiditur dimensiones autem distin-

Primum.

guantur fm situm. **D**eus autem qui est omnium causa prima potest conseruare effectus in esse sine causis primis. vnde sicut pseruat in sacramento altaris accidētia sine subiecto. ita p̄t conseruare distinctionē materie corporalis et dimensionum in ea absq; diuersitate situs. **M**iraculose ergo fieri potest q̄ duo corpora sint in eodem loco. vnde corpori xpi attribuitur a sanctis exiit per clausum virgīs vterum. et q̄ intrauit ianuis clausis per virtutem diuinam. et similiter dico q̄ corpus gloriosū qd̄ erit p̄figuratum corpori claritatis xpi. poterit esse cum alio corpore in eodem loco non propter aliquam virtutem creatam inditam sed sola diuina virtute assistente et hoc operante. sicut et corpus Petri sua vmbra sanabat infirmos. sed diuina virtute assistente et miracula faciente. **A**d primum ergo dicendum q̄ proportione cōmutata sic est vtendum. sicut se habet primum ad secundum. vt duo ad tria. ita se habet tertium ad quartum. ergo cōmutatim sicut se habet primum ad tertium vt duo ad quatuor. ita se habet secundum ad quartum. i. tria ad sex. et fm hoc ratio sic debet procedere sicut se habet vnum corpus ad vnū locum. ita duo corpora ad duo loca ergo sicut vnum corpus ad duo corpora. ita vnus locus ad duo loca. et sic non sequitur. q̄ si vnum corp⁹ nō potest esse in duobus locis. q̄ duo corpora possit esse in vno loco. vni enim corpus esse localiter in duobus locis implicat contradictionem. qz de ratione loci est q̄ sit terminus locati. terminus autem est extra quem nihil est rei. vnde nihil locati potest esse in loco exteriori. q̄ si ponat esse in duobus locis. sequitur q̄ sit extra

suum locum. et ita sequitur q̄ sit locatum et non locatum. nec est instātia de corpore xpi. quia non est in sacramento altaris localiter sed per p̄uersionem. **A**d secundum dicendum q̄ duas lineas rectas mathematicas esse infra duo puncta est impossibile quia in eis nulla alia ratio distinctōnis potest intelligi nisi ex situ. **S**ed duas lineas naturales esse infra duo puncta est impossibile quidem p̄ naturam. sed possibile p̄ miraculum. qz remanet alia ratio distinctionis in lineis duabus ex diuersitate corporū subiectorum. que conseruatur virtute diuina etiam remota diuersitate situs.

Incipit quodlibet secundum

Questus est de xpo de angelis et de hominibus. **C**irca christū quesita sūt duo de passiōe ei⁹. **P**rimo vtrum in triduo mortis fuerit idem homo in numero. **S**ecundo vtrum quelibet passio christi suffecisset ad redemptionem humani generis sine morte.

Articulus primus.

Primum sic proceditur. **V**idetur q̄ xpus fuerit idem homo in triduo. dicit enim **Mat. xij.** Sicut fuit Jonas in v̄tre ceti tribus diebus et tribus noctib⁹ ita erit filius hominis in corde terre sed non fuit alius filius hominis in corde terre. nisi filius hominis qui loquebatur super terram. alioquin christus fuisset duo filij. ergo fuit idē homo in triduo mortis. **P**reterea

c. iij